



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De Ambitu, Siue Amplificatione. Capvt XXXIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

dum, & temperatè se laudat, vt in oratione περιεφάνη, vbi cum de suis laudibus esset dicturus artificiosissimè præfatur veniam & se aduersarij importunitate, in eam dicendi necessitatem compulsū ostendit, vt sine rerum gestarum suarum commemorazione non possit se defendere. Ad summum, quæ adfert aliqua moderatione lenit, & temperat, vt, εὐ λέει ὅτι εἰρήνην τὴν πόλιν, οὐδὲ πλινθίους ἐγὼ, οὐδὲ ἐπὶ τέτοις μέγιστον τῶν ἐμαυτῆ φρονῶ, ἀλλ' ἐὰν βέβη τὸν ἐμὸν τετχισμὸν. Non ego lapidibus, neque lateribus vibem munitur: non his de rebus, non ob hoc opus maximè glorior. Sed si meam voles munitiōnem, &c. At Cicero longè magnificentius, sed inuidiosius. (Ego tela extremo mense consulatus mei intenta iugulis ciuitatis de coniaratorum nefarijs manibus extorsi. Ego facces iam accensas ad huius vibis incendium comprehendī, protuli, extinxi. Me Q. Catulus princeps huius ordinis, & auctor publici consilij, frequentissimo senatu parentem patrię nominauit. Mihi hic vir clarissimus, qui prope te seder. L. Gellius his audientibus ciuicam coronam deberi a rep. dixit. Mihi rogato Senatus, non vt multis bene gesta, sed vt nemini conferuata reip. singulari genere supplicationis Deorum immortalium templa patefecit) &c. quæ ibidem subtilissimè prosequitur, quæ licet grauiissima sint, sæpius tamen reperita non placent. Omnino considerandum est, quis & apud quos dicat, quibusue auribus audiatur.

Cicero est fusior.

D. Paulus su. laudat quomodo?

Mirificè D. Paulus hanc figuram pertexuit in illa nobili sua laudatione 2. ad Corint. 1. vbi Photius notat insipientem esse oratorem, qui vanè se iactat, & inaniter gloriatur. Qui autem de seipso, & magna dicit, & vera, idque causa vtilitatis animæ, videbitur insipientiæ verba dicere quantum ad speciem, & quæ prudentissimi sunt operatur, quod expertem rationis calumniam ob aliorum salutem, & incolumitatem despexerit.

De Vigore.

CAPVT XXXIII.

Vigor quid? animos.

EX ijs virtutibus temperatis quarta suboritur, quam Rhetores ἀκμήν nominant, quæ ( vt ait Hermogenes ) est μέγιστ' ἀπό

τ' τραχύτητ' & σφοδρότητ' & τὸ ὑπὸ τ' λαμπρότητ'. Virtus est perfectissima, quæ ex temperie asperitatis, vehementiæ, & splendoris emergit, vt Νόσημα γὰρ, ὡς ἄν' ῥες Αθηναῖοι, δεινὸν ἐμπέπλωκεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ χαλεπὸν, καὶ πολλὴν τιν' εὐτοχίαν, καὶ τῆς παρ' ἡμῶν πικροτέρας δεινότητος. Morbus, Athenienses, inuasit Graciam grauissimus, idemque difficillimus, qui fortunam magnam, & vestram curationem requirit. Vt igitur ἀκμὴ ἡλικίας, flos, & vigor ætatis appellatur, sic ἀκμὴ τῶ λόγου est viuida quedam, & flores oratio, quæ nihili humile, nihil repens, nihil demissum, aut otiosum habeat. Plena sunt exemplis apud Ciceronem omnia, maximè in Philippicis, in quibus maior est orationis vigor. Non est, non est vobis, Quirites, cum eo hoste certamen, eam quo aliqua pacis conditio esse possit: neque enim ille seruiturem vestram, vt antea, sed iam iratus sanguinem concupiscit. Nullus ei ludus videri esse iucundior, quam cruor, quàm cædes, quàm autè oculos trucidatio ciuium, &c.

Demost. περί τῆς εὐτοχίας

Cic. Phil. 4.

De Ambitu, Sive Amplificatione.

CAPVT XXXIV.

Quinta virtus enumeratur ab Hermogene, quæ vocatur περιβολή. Latini orationem circumiectam reddunt, quæ quidem nullo pacto mihi differre videtur ab ea, quam ὀφθαλμοῖς Dionysius Longinus appellat, quæ est, vt ait idem, συμπληρωτικὴ ἀπὸ πάντων τῶν ἐμπερομένων τῶν πράγματι ὄντων, καὶ τῶν ἰσχυροποιῶν τῆ βῆμιον ἢ κατασκευαζόμενων. Est plenissima amplificatio ab omnibus locis, & adiunctis, quæ in rem cadere possunt, quæ frequentatione rerum, & commoratione orationem corroborant.

Ambitu quid?

Longinus περί ὀφθαλμοῦ

Hæc cum Hermogene consentiunt, qui περιβολήν ait fieri modo rem à genere tanquam quomodo fonte à thesi, scilicet ad hypothesein accedendo, sicut modo singulas discurrendo circumstantias, modo commorationibus varijs vtendo, ex quibus oratio sensim crescit, & leuionibus prætexta principijs ad summum efflorescit decus.

Prima autem amplificandi ratio est, quæ à Rhetoribus dicitur τ' ἀκροῖα locorum explicatio, dici non potest quantum ad rationem amplificationis faciant, cum artificiosa subtilitate

su. ambitu modo? scilicet

re simul copulantur, & variè miscentur, de quos alibi fusius.

Secunda est *λίγνης* exaggeratio rei maximè per adiuncta, cum gravitate orationis, quale est illud. (F. cinus est vincere ciuem Romanum; scelus verberare, propè parricidium necare: quid dicam igitur à cruce tollere?) Hec in eodem loco commorans rem expendit, auget, & in summam, quam potest magnitudinem attollit.

Tertia est *πρῶτων & κατασκευῶν ἐπιβρασις*, Rerum, & constitutionum frequentatio, atque corroboratio, cum loco firmissimo, quo tota caussa continetur, manetur diutius, & eodem sapius reditur, qui locus tanquam sanguis per totum corpus orationis diffunditur.

Quarta *ἁπλονομία ἐργῶν ἢ παθῶν*, factotum, affectuumque prudens distributio. Vbi totum aliquid in partes exquisitè digeritur, & singillatim omnia expenduntur, tum variorum affectuum figuris, ut res tulcrit contemperantur. Ad summum in locis, & figuris tota amplificatio sita est, de quibus libro septimo dicitur. Hæc est virtus *πρῶτων* que ad gravitatem, & magnitudinem orationis maximè attinet. Nam etsi breves orationes, nec diffusius ei cumdum plus habeant aliquando amœnitatis, plenæ tamen illæ, & vberes maiori dignitate præditæ sunt. Sed cavendum maxime, ne amplificationis studio, tum in prolixitatem, tum etiam in puerile dicendi genus delabamur. Nihil enim ad nauseam excitandam efficacius, quam si res, & communes, & notæ, nec adeo speciosæ, communium locorum, frigidarumque locutionum congerie amplificentur, hoc maximè sæculo, in quo aures potius rebus, quam verbis pascuntur.

De methodo gravitatis.

CAPVT XXXV.

Longinus  
περί ἵψης  
Γαυρίης  
methodus  
quæ q. e. re  
bim constat.

Grandis oratio in genere quinque rebus constat, quas Longinus *πρῶτες ἐπινοίας γονιμοτάτας* fontes grandiloquentiæ vberissimos nominat. Prima est *τὸ περὶ τὰς νοήσεις ἀδρεπήβολον*, quod interpretor sensuum, & inuentionum vim, prudentiam, sapientiam, fecunditatem. Qualis est in Homero, Demosthene, & Cicero, quæ virtus maximè ex bonitate ingenij dependet.

Secunda, *σφοδρὸν & ἐπιθυματικὸν πάθος*, vehemens, acris, & furore quodam incitata affectio, in quo errant, qui furorem tantum Poetarum esse dicunt. Nam ad graues illos quoque, & vehementes oratores pertinet. Testis & ille Galba, qui cum causam meditaretur, plerumque ita incendebatur animo, ut vis caloris in corpus redundaret, & vultu rubore perfuso, scintillantibus oculis, quasi à sensibus abreptus, seruos etiam literatos operis administratos in isto animi impetu multaret. Quæ obrem vehementer apti sunt ad eloquentiam, qui faciles sunt ad suscipiendas rerum imagines, & ad conservandas tenaces ipsdem vehementer afficiuntur, fatetur ipse Cicero sibi perorationes impetu quodam mentis fluere.

Tertia est in temperie figurarum earumque illustrium, ut Descriptionis, Amplificationis, Iurifurandi, Interrogationis, Parabolarum, Iconum, &c. quæ commemorantur à Longino.

Quarta, est *γενναία φράσις* dictio generosa, & grauis tropis, non tamen affectatis, aut violentis illuminata, sed grandis, simplex, rotunda, à puerili cultu aliena.

Quinta, est *συνῆχη ὀνομάτων* compositio, & numerus, atque is etiam affectationis expertus, & plerumque de industria incuriosus.

De pulchritudine & suauitate styli.

CAPVT XXXVI.

Pulchritudo, quæ *κάλλος*, & *ἐπιμέλεια* dicitur ab Hermogene, est singularum orationis partium, cum coloris suauitate concinnitas. Laxius Hermogenes, *κάλλος* *μνηστικὸν τὸ ἐν λόγῳ κυρίως μὲν ἀνέη, τὸ ἐκ πάντων τῶν ποιούντων τὰς ἰδέας αὐτῆ πάσας ὄσον ἐπινοίας, μεθόδων, λέξεων & ἑτοιμασμένων εἰς ἄρμονίαν, & σίμμεζον, μετὰ τὴν ἐπιφανομένην δὲ ὄλη τὴν λόγον ποιητικὴν, ἢ ὡς μίαν προπέσης τῆ ἰδέα κατὰ πῶρον ἐν σώματι χρώμα.* Ex quo intelligas duos esse genera pulchritudinis. Est enim vnum omnibus sui partibus concinnum, atque aptum: utpote sententijs, eatum tractatione, verbis, ornamentis, membris, compositione, clausula, numero: Alterum est compositum, & comparatum, quod *λεγαλλοπιστικὸν* dicitur.

Pulch. duo  
ge. sta.